

APPLAVSVS

in
Triumphum Doctoralem

ERASMI VNRVH
TORGENSIS VIRI CLA-
RISSIMI ET EXCELLENTISSI-
mi, qui celebrabatur

RECTORE

Magnifico, Reverendo Viro Dn.

SALOMONE GESNERO
S. S. THEOLOG: D. ET EIVS-
dem Professore Publico,

Decano & promotore

Amplissimo & Consultissimo Viro Dn.

BARTOLOMÆO REVSNERO
I. V. D. & Pandectarum Professore
ordinario,

Vl. Id. Martij Anno aere Christianae
M. D. C. I.

VVITTEBERGAE,
Typis Zachariae Lehmanni,

Biogr. erud.

1686, 48

Vitt. Erud. Prag. - Vol. II



VOTVM GRA- tulatorium.



Rigore concretas quid pergis ad Albi-
dos undas?

Aut cur Leucoream, queso, revisis
humum

UNRVHI? Hac animum generosum cura fatigat;

Vt dentur capiti Laureaserta tibi;

Serta, quibus Docti circumdat tempora Phœbus:

Sed laus hæc multo parta labore venit.

Tu, sine fine, virum Doctorum scripta revolvis,

Vnde etiam, UNRVHI, nomen, Et omen habes.

Hoc facit, ut meritò, tua cingat tempora laurus

Innuba, in æternos non moritura dies.

O te felicem, tanti quem copia voti

Plena beat, studij dos manet, ornat
honos!

A 2

Quam

*Quàm lato meritos tibi pectore grator honores,
Exoptans captis omnia fausta tuis!
Hac precor aeterna tibi sint insignia laudi;
Sis ut amor patriæ, cura DEI, aura fori.*

Franciscus Hefsus Torg. A.
cademiæ VViteberg, & Consistorij
Ecclesiastici ibidem Proto-
Notarius.

A L I V D.



*U*nova festa parant HORAE? cui præ-
mia solvit
EVNOMIA? IRENE munera cui
statuit?
Iò tibi, ERASME, parat nova festa, & præmia
solvit,
Iustitiæ & juris fida ministra DICE.
Namq; tui assidui quàm plurima signa laboris
Tum mea TORGA probet, LIPSIÀ tum
referat.

Leucoris

Leucoris & poterit testari nostra peractas
Noctes insomnes pervigilesq; dies.
Scilicet aquasti studijs cognomen & omen,
Dignum quò posses dignus habere locum.
Ergò nunc dignè digno potièris honore,
Dignè Doctoris nomina docta geres.

M. Gotfridus Martini Torg:
SS LL studiosus,
affinis affini.

ALIUD.

Numquid, ERASME, mihi præsente tacebere
versu?

Vnus præ reliquis qui modò charus eras.
Illud amicitiae sanctum & venerabile fædus,
Thelæaq; fide vita peracta, vetant,
Et quæ primævis concordia cepit ab annis,
Cum mihi te nemo iunctior urbe fuit;
Quæq; dabant vario fidissima cognita casu
Pectora pectoribus multa tegenda meis.
Candidus hic non cessat amor: procul utq; recedas,
Ipse locis absens, sum tibi mente comes,

▲ 5

Vnde

Vnde calet flammâ semper propiore, nec unquam
Ignibus admotis eliciendus erit.
Nunc tamen ut loca nos quoq; iungunt, viribus æquis;
At face resplendet lucidiore magis.
Hic facit, ut cupido gratantia pectore fundam
Verba, quòd egregius iam tibi cedit honos.
Cedit hic ex merito: meritum Virtutis, Erasme,
Præmiaq; assiduo digna labore capis.
Namq; tui memor ipse tuo dignissima tentas
Ingenio, Genio perficienda tuo.
Cumq; lacer tibi fons, tribuatq; familia nomen,
Quod cum mirificæ laudis honore geris:
Pervigil ad quævis contendere summa laboras,
Deliciumq; hominum, delictumq; DEI,
Nulla quies animo est, donec sit parta perennis,
Quæq; mori virtus te sine laude vetat.
Nec mora; magnificis titulis spectata novello
Doctori iuris iam tibi iure venit.
Ergo quietus, Erasme, tuis imposito curis
Finem: speratus dum tibi finis adest.

Tuus exasse
M. Iohannes Vlricus
Torgensis.

ALIVD

ALIVD.

Gaudete, Themis & novem Camæna,
Et quantum est hominum politiorum
Museo genij ingenlq; cultu;

DOCTORIS titulo VN RV HAEV S auget,
Et magni precium capit laboris.

Nam vel Invidies fatetur, ipsum
Non totas modò mancipasse luces

LEGVM cognitioni & Æquitatis,
Sed somni quoq; per-fuisse-parcum.

Ergò quod calido petiuit ausu,
Et cunctis animi usq; & usq; nervis

Inde à simplice nil gravatus & VO
Sudoris, studij, molestiarum;

Nunc ingens adipiscitur brabeum.

Dic, tu Calliopea, dic, quibusnam
Votis, quaq; ego gratulatione

Illum prosequar? Hoc honore mactus


Non sibi, at patriæ suisq; vivat

Longæ vos Pylia dies senectæ.

M. Augustinus Preilius
Torgensis.

ALIVD

ALIVD.


olveret, haud esset, qui tanta ænigmata
Legum,
Rixanti & plebi reddendo iure præ-esset,
Nemoq; excuteret veterum monumenta
virorum,

Hos nisi Laureolæ Themis invenisset honores,
Quos, uti promeruit, cautus rectiq; boniq;
Antistes VNRUH, REUS NERO dante, laborum
Exantlatorum certissima præmia carpit.

His felix, VNRUH, titulis & honore fruaris,
Florida nec citius redimens tua tempora Laurus
Marcescat, quàm vel patriis ingentia terris
Commoda Præstiteris, vel longos Nestoris annos
Nactus perpetuâ cumularis stemmata laude,
Hæc optasse satis, præstabit plurima Iova.

Andreas VVassæus Spandow:

ALIVD.

uando tam properè VTRIVSQ; IVRIS
Maandros superas & hac & illac
Intortos parili celebritate;
Clare VIR-IUVENIS sagaciorè
Astræ genio, tacende nunquam:

261

Pol Aegidis es amulatus astum
Omnium egregie; latentiores
Minoi labyrinthi enim meatus
Is celer superavit, Ariadnes
Fretus cannabe maxime fidelis.
Ergo te merito verenda multum
Cohors Pieridum solemnior
Pompa iam comitatur almam ad
 edem,
Ponendum satrapas Apollinares
Inter, & Themidos sacra dynastas.
Maecte Vir, radio Iovis secundo
Orte, & Eunomia novus sacerdos,
Salve; ac insta alacer, viam cape, se,
Quo tuum genium catena tractat
Dia: & iustitiae repostiores
Erimari apices & usq; & usq;
Ne cessa; immoriar, Papinianus
Ni brevi alter eris, vel Vlpianus.

Laurentius Volcius

Martib. Misnic, SS, L L, Studiosus

B 5

Hercu.

ALIVD.

Herculeo si quis quondam certamine fortis,
Hostis honorifico robore victor erat:
Serta reportabat flavis innexa capellis,
Quæ Particertus testis honoris erant.

Quid mirum, capias si præmia ERASME labore
Digna, tuasq; ornent laureaserta comas.

Magnificam cur non laudem merearis honoris,

Quem socijs fidis dat Themis alma suis?

Nam vigili multos hausisti mente labores,

Contigeres juris dum iuga summa sacri.

Hoc summum decus est, multo & conspectius
inse,

Difficile egregiæ scandere laudis iter:

Virtutisq; viam salebrosam tendere veræ,

Quæ dumis rigidis undiq; clausa scætet.

Certè: Inter gemmas veluti splendore Pyropus,

Sic inter luvenes clarus, ERASME, micæ.

Et velut exoriens obscurat sidera Phæbus,

Sic tua virtutis lux it honore prior.

Sed quid in immensos tentat pes currere campos?

Defino: si superas astra nitore, sat est.

Quas tamen addo preces, non respue: CHRIS-
TUS ab alto

Has longo tituli tempore servet opes.

Servet

Servet & observet, ne te Themis alma relinquas;
Quâ sine nulla diu regna manere queunt:
Consilijsq; diu cernat te Torga patronum
Innocui, addictum Iusticiæq; Vale.

*Hac in amoris & amicitiae testificationem
faciebat Casparus Reichhaupt
N. P. Torgensis Torgensi.*

F I N I S.

B I M I E